

Sco

les quaerit · quia adorent eum · Sps est ds.
ereos qui adorant eum · inspu et ueritate
oportet adorare · Dicit ei mulier · Scio
quia messias uenit · qui dicitur xpc · Cum
ergo uenerit · ille nobis adnunciabit om
nia · Dicit ei jhc · Ego sum · qui loquor
tecum · Et continuo uenerunt discipu
li eius · et mirabantur quia cum mulie
re loquebatur · Nemo tamen dixit · quid
quaeris · aut quid loqueris cum ea · Re
liquit ergo hydriam suam mulier · &
dicit illis hominibus · Uenite et uidete
hominem · qui dixit mihi omnia quae
cumq. feci · Numquid ipse est xpc ·
Exierunt de ciuitate · et ueniebant ad
eum · Interea rogabant eum · discipuli
discipuli dicentes · Rabbi · manduca ·
Ille autem dixit eis · Ego cibum habeo
manducare · quem uos nescitis · Dicebant
ergo discipuli adinuicem · Numquid ali
quis attulit ei manducare · Dicit eis
jhc · Meus cibus est · ut faciam uolun
tatem eius qui misit me · ut perficiam
opus eius · Nonne uos dicitis quod ad
huc quattuor menses sunt · et messis ue
nit · Ecce dico uobis · leuate oculos
uestros et uidete regiones · quia albe
sunt iam ad messem · Et qui metit mer
cedem accipit · et congregat fructum
in uitam aeternam · Ut et qui seminat ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
WÜRTTEMBERGISCHE LANDESBIBLIOTHEK STUTTGART
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Württembergische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/wlb_codbiblfol44/0278